



Acta sanctorum

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies nonus et decimus continentur

Bolland, Johannes

Parisiis et Romae, 1925

De S. Ascanafro Principe Romano Commentarius Praevius

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72556](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72556)

TRANS-
LATIO

vite devenit, ut deficientibus monachis in eorum locum clerici substituerentur, quia, ut scriptum est, non propter locum homines, sed propter homines Deus elegit locum, seu, quod magis estimari potest, quod per divinam providenciam ex hac diminutione ad maioris spiritualis discipline ubertatem idem locus sublimari disponderetur. Quod et postea patuit. Sub hac ergo immutatione aliquantis annis devolutis possessiones ecclesie ab iniquis invasoribus distracte sunt, manuscripta quoque, que ab antiquis principibus pro loci stabilitate facta fuerant, disrupta, nec non castellum Kalwa nuncupatum in ipso ecclesie fundo est constructum. Hec iniusta hereditas ad iniquos heredes per successiones devolvitur, quousque ad Adalbertum comitem senioreni quasi hereditario iure ipsius loci pervenit providencia, qui avaritie frenis laxatis, que ceteri parcendo intacta reliquerant, hic absque timoris Dei respectu, quamplura contraxit. Sed cum diu hac male parta hereditate potiretur, contigit beatum Leonem nonum eiusdem nominis papam, avunculum videlicet predicti Adalberti, ad invisendum regnum Theutonicorum de Italia progressum ad eundem ob consanguinitatis causam divertisse. Qui de fama sancti Aurelii audiens, pro certo scire cupiebat, si ipsius sancti viri reliquie, ut fama tulit, in eodem loco reservarentur. Ex ipsius comitisque precepto, accersitis artificibus non modica difficultate quesitum est ac desperatis

B
Earundem
recognitio.

rebus cassato labore cessatum. Sed diligentia D cuiusdam peritissimi artificis adhibita, qui ex Venecie partibus cum filiis advenerat, qui etiam postmodum multa beneficia eidem loco arte sua administraverat, subtercavatum locum ex malleorum repercussione advertit, nec sine magno labore tandem subterlatentem parvam cameram invenit, in qua adornatum sarcophagum cum ossibus venerandi confessoris Christi, apostolico omnibusque una gaudentibus, reperit. Recognitis igitur ab apostolico causis, de quibus ad tantam defectionem spiritualis vite hic sacer locus pervenerit, sub comminatione tremendi iudicii Dei prefatum comitem admonuit, ut iniuste possessa relinqueret et sacre regule observatores in eodem loco restituere satageret. Qua comminatione perterritus, vetere ecclesia destructa, que quidem spatiosa sed in modum veterum ecclesiarum sine columnarum sustentaculo constructa fuerat, novum monasterium, quod ad nostra usque tempora permansit, construi precepit. Anno ab incarnatione Domini millesimo quinquagesimo nono incepta est edificari ecclesia sancti Aurelii, anno vero millesimo septuagesimo primo consummata est et pridie nonas septembres a Henrico Spirensi episcopo (1) dedicata. Missis etiam legatis ad monasterium Solitariorum, quod vulgareiter Einsidelen dicitur, abbatem cum quibusdam fratribus impetravit.

Nova con-
struitur
ecclesia:
E

(1) Sedit Henricus v. Scharfenberg ann: 1067-1073.

DE S. ASCANAFRO PRINCIPE ROMANO

COMMENTARIUS PRAEVIUS

P. P.

TEMPORE
INCERTO

S. Ascanafri unde ductum nomen.

1. Solis Aethiopicus notus est S. Ascanafri (Ascanäfer), qui ad hunc diem in eorum synaxariis commemoratur cum latronibus tredecim, quos ad fidem perduxerat. Ipsum eius nomen, quod apud eos satis constanter expressum videtur fuisse, in aliis linguis inauditum est. Subdubitavit olim Iob Ludolfus (1) num fortassis librarium errore id staret pro Onesiphoro, cuius mentio in Graecorum calendariis hodie occurrit. Verum in synaxario aethiopico, ad diem 19 magabit, sive martii 15, rursus totidem litteris scriptum legitur nomen alterius S. Ascanafri (2), qui certo est S. Xenophon coniux sanctae Mariae idemque pater SS. Iohannis et Arcadii (3). Reapse S. As-

canafro pro nomine iuisse significantem aliquam appellationem ductam a ξένος confirmat ipsa historiuncula quae de illo refertur. At posticae parti eius nominis, mira nec fortuita quidem consonantia respondet vocabulum Abunafri, አቡናፍር : (Abunäfer) (4), alias አቡነፍር : (Abunäfer) (5), quod aethiopicum est pro Ὀνούφριος, Onuphrio. Collato utroque nomine, videtur S. Ascanafri graece primum dictus fuisse Ξενόφρων, i. e. « de hospitibus sollicitus », vel « hospitum curator ». Xenophon autem sive arabici, sive aethiopici, sive utriusque interpretis arte propria quadam in Ascanafri facile mutari potuit. Neque sine specie veri conieceris hoc nomen Ascana-

(1) Commentarius ad historiam aethiopicam (Francofurti ad Moenum, 1691), p. 393, annot. c. — (2) H. ZOTENBERG, Catalogue des manuscrits éthiopiens de la bibliothèque Nationale (Paris, 1877), p. 180; cf. F. A. DILLMANN, Lexicon linguae aethiopicae (Lipsiae, 1865), p. 1417. — (3) BHG. 1878-1879; BHO. 1246-1247; cf. Sy-

nax. Eccl. CP., ad dies ianuarii 26 et 30, pp. 423, 432. — (4) BHO. 820. — (5) Synaxarium aethiopicum ad d. 16 sane (iunii 10) ed. I. GUIDI, Patrologia Orientalis, t. I, p. 613 et seq. Forma Abānāfer, quae ibidem occurrit, ducta est ex alio casu nominis arabici.

-frum

A frum exemplum fuisse ad cuius similitudinem sanctus quoque Xenophon Ascanafri (1) appellatus sit. Et de nomine quidem hactenus.

Fabulosa eius historia

2. De homine autem ipso eiusque historia nihil certi novimus. Utique manifestum est synaxarii habessini narratiunculam per canalem quempiam in graecum fontem refundendam esse. Is autem alius esse non potuit quam liber aliquis doctrinae spiritualis, in quo inter specimina variarum virtutum ad laudem hospitalitatis adductus fuerat noster S. Xenophon sive mavis Ascanafri. Et re quidem vera, paucis ante diebus quam haec prelo mandata sunt, cum v. d. Robertus P. Blake Hierosolymis rediret conjectum a se codicum hibericorum bibliothecae Patriarchalis catalogum officiosissime, ut solet, nobis utendum obtulisset, in codice 140 (saec. XIII vel XIV), fol. 171-185, necopinata nobis occurrit ἑβραϊστικῶς βιβλιονομῶν βιβλίον, Vita (sive historia) Xenophori optimatium filii. Ezorditur autem historia his verbis: ἡ ζωὴ τοῦ ἁγίου ἑβραϊστικῶς βιβλίον ἔγραψε, Narravit nobis magnus quidam e senioribus...: quae propria translaticiaque formula est qua inducuntur Apophthegmata patrum. Huius narra-

e dictis Seniorum repelenda:

(1) In codice qui translucet in calendario Ludolfi (op. c., p. 411), ad diem 19 magabit, deest Ascanafri (Xenophon), et ad diem inse-

tiunculae apographum, si nancisci poterimus, in Analectis Bollandianis edemus. Impraesentiarum autem quidquam de illa resciscere temporis angustia non sivit. Attamen nullus est ambigendi locus quominus in codice illo hiberico lateat propria forma qua primum fictus est Ascanafri. Fictus, inquam: nemo enim in hoc litterarum genere non plane peregrinus operose sibi anquirendum existimabit, qua aetate et in qua urbe romani, id est graeci, imperii princeps exstiterit, in quem quadret historia nostri S. Ascanafri. Scilicet haec pia fabella est et nihil amplius. Neque extra Aethiopiae ea videtur usquam sibi tantam fidem conciliasse ut commenticius ille Ascanafri in sanctorum numero haberetur.

AUCTORE P. P.

3. Mensis chedar synaxarii aethiopici in Patrologia Orientali iam dudum forsitan editus esset, nisi huic etiam operi temporum iniquitas moram intulisset: quae utinam in multos annos ne trahatur. Interim vero S. Ascanafri elogium e codice bibliothecae Nationalis Parisiensis Aethiopiae 126 deprompsimus. Alios codices in re tam exili conferre superfluum duximus.

E

quentem ascriptus est Asqārān, utique pro Asqāfān quae Xenophontis corruptela est.

VITA S. ASCANAFRI

E synaxario aethiopico (13 chedar) ad fidem codicis 126 bibliothecae Nationalis Parisiensis.

ወበዛቲ፡ ዕለት፡ ካዕበ፡ አዕረፈ፡ ቅዱስ፡ አብ፡ አስከናፍር፡ በዕል፡ ወ፲ወ፫፩ ደታት¹፡ እለ፡ ኮነ፡ ክርስቲያን፡ በሃይማኖት፡ ዘአሁ። ወዝንቱ፡ አስከናፍር፡ ጅውአቱ፡ እመኳንንተ፡ ሮሜ፡ ወኮነ፡ ይመጸውት፡ ለነዳዳን፡ ወለምስኪናን። ወበውአቱ፡ መዋዕል፡ ነበሩ፡ ፲ወ፫፩ ደታት፡ እንዘ፡ የሐጉሉ፡ ሰብአ፡ ዘረከቡ፡ በፍኖት። ወሶበ፡ ሰምዑ፡ ዜናው፡ ለአስከናፍር፡ ከመ፡ ይትዌከፍ፡ መነከሳተ፡ ሐሩ፡ ነቤሁ፡ ከመ፡ ይቅትልዎ፡ በትምደንት፡ ወይንሥኡ፡ ንዋዮ። ወእምዝ፡ ለብሱ፡ አልባስ፡ ምንኸስና፡ ወቆሙ፡ ወስተ፡ አንቀጸ፡ ደዴሁ። ወሶበ፡ ርእዮሙ፡ ሐለዩ፡ ከመ፡ እሙንቱ፡ ሐዋርያት፡ ወጃእምኔሆሙ፡ እግዚእነ፡ አዳሱስ፡ ክርስቶስ፡ ውአቱ። ወሰገደ፡ ለሙሙ፡ ወአብአሙ²፡ ውስተ፡ ቤቱ፡ ወአቅረበ፡ ለሙሙ፡ ወአካዘ፡ ኅፀባ³፡ እግረሆሙ፡ ወነገረ፡ ላዕለ፡ ወልዱ፡ መግጉዕ፡ ዘ፴ወ፡ ጅክረምቱ፡ እምዘ፡ ደወዩ፡ ወሐይወ፡ ሶቤሃ። ወሶበ፡ ርእዮ፡ እሙንቱ፡ ፈያት፡ ደንገፀ። ወይቤሉሙ፡ አስከናፍር፡ ንግሩኒ፡ አአበውዮ፡ መኑ፡ እምኔከሙ፡ ክርስቶስ። አርእዩኒ፡ ከ

Hoc item die requievit sanctus pater Ascanafri, Ascanafri vir locupletissimus et tredecim (1) latrones, qui eius fide christiani facti sunt. Iste quidem Ascanafri unus erat e Romae (2) principibus, solebatque stipem erogare advenis, egentibus et monachis. In diebus autem illis, latrones tredecim erant, qui in homines irruere consueverant quos in viis repperissent. Hi cum inaudiissent de moribus Ascanafri, quomodo monachos hospitio exciperet, ad eum adierunt ut eum dolo interficerent eiusque res diriperent. Itaque monasticis vestibus induti ad fores eius ostii constiterunt. Qui cum eos vidisset, existimavit eos esse apostolos, unumque ex illis esse dominum nostrum Iesum Christum. Eos igitur adoravit, in domum suam introduxit (3), mensam iis apparavit. Tum aquam sumpsit qua pedes eorum laverat eaque (4) filium suum aspersit paralyticum, qui per annos triginta quinque aegrotaverat, isque extemplo convaluit. Quod cum vidissent latrones illi, obstupuerunt. Ait illis Ascanafri: « Dicite mihi, patres: quis ex vobis est Christus? Eum

Ascanafri

latrones eius vitae insidiantes

eximiae caritatis prodigio

¹ ወ፲ወ፫፩ ደታት፡ cod. — ² ወአብአሙ፡ cod. — ³ (ወአካዘ፡ ኅፀባ) ወእምዝ፡ ሐሶበ፡ cod.

(1) duodecim codex; sed e sequentibus constat legendum esse tredecim. — (2) Intellege, more arabico: Graeci imperii. — (3) Codex: introduxerunt. — (4) Codex: dein pedes eorum eorum lavit eaque.

መ :

VITA

መ፡ እስግድ፡ ሎቲ፡ ። ወሰብአ፡ ሀገርኒ፡ ሰሚ
 ሦሙ፡ ከመ፡ ሐይወ፡ ወልደ፡ መኩንን፡ መጽ
 ኡ፡ ጎቤሆሙ፡ ወሰገዳ፡ ሎሙ፡ ወይቤልዎ
 ሙ፤ አቅዱሳን፡ ለእግዚአብሔር፡ ባርኩ፡ ላዕ
 ሴን፡ ወፈውሱ፡ ድውያኒን፡ ወእምዝ፡ አውዕኡ፡
 እሙንቲ፡ ፈያት፡ መጣብሔሆሙ⁴፡ ወወሀብዎ፡
 ለመኩንን፡ ወይቤልዎ፡ ለመኩንን፤ ንሣእ፡
 ዘንተ፡ መጥባሕተ፡ ከመ፡ ትቅትለን፡ ቡቲ፡ በ
 ከመ፡ ፈቀድን፡ ንቅትልከ፡ ወይቤሎሙ፡ አስ
 ከናፍር፤ ዘንተሰ፡ ዘትቤሎ፡ ከመ፡ ታትሕቲ፡
 ርእሰክሙ፡ ወይቤልዎ፤ ለነሰ፡ እምጠሰዩን፡ እ
 ግዚአብሔር፡ ሶበ፡ አኮ፡ በጸሎተ፡ ዚአከ፡ መ
 ሐከን፡ ወእምድኅረ፡ ይቤልዎ፡ ዘንተ፡ ተአም
 ኅዎ፡ ወነሥኡ፡ ለለጅጅእምኔሆሙ፡ ንስተተ⁵፡
 ብርስን፡ በመስፈርት፡ ወሐሩ፡ መጠን፡ ጅወጅ
 ዕለት፡ ወዘረው፡ ወአቲ፡ ብርስን፡ ወሰተ፡ ጥ
 ዓ፡ ወበጊዜ፡ ዕርብተ፡ ፀሐይ፡ ይበልወ፡ ፫ብ
 ርስን፡ በጊዜ፡ መፍቅዶሙ፡ ወነበሩ፡ ከመዝ፡
 ቧመዓልተ፡ ወእምዝ፡ መጽኡ፡ ኦረሚ፡ ወቀ
 ተልዎሙ፡ ።

⁴ መጣብሂሆሙ፡ cod. — ⁵ ንሲተተ፡ cod.

mihī ostendite, ut eum adorem.» Cum autem D
 cives urbis audiissent convaluisse filium prin-
 cipis, ad illos venerunt, eos adorarunt iisque
 dixerunt : « O sancti Dei, benedicite nobis, mor-
 bosque nostros curate. » Postquam illi discesse-
 runt, latrones sicam suam eduxerunt atque prin-
 cipi obtulerunt, eidem dicentes : « Accipe hanc
 sicam, qua nos interficias, sicut te interficere
 volebamus. » Ait illis Ascanafar : « Scilicet haec
 dixistis ut vosmet ipsos deprimeretis ! » Dixerunt
 ei : « Profecto nos Deus perditurus erat, nisi tuo
 precatu nobis indulsisset. » Quae cum ei dixissent,
 eum osculati sunt. Unusquisque ex illis aliquan-
 tulum lentium assumpsit in mensura, et profecti
 sunt itinere viginti quinque dierum. Lentes illas
 severunt in harena ; et occidente sole, cum esu-
 rierent, tres lentas comedere solebant. In quo
 vitae genere triginta dies perseverarunt. Deinde
 infideles supervenerunt eosque occiderunt.

ad
Christum
convertit.

E

DE S. CYNON CONFESSORE IN CAMBRIA

SAEC. V

S. Cynon,
alias
Knonkel,

1. Refert R. Challoner (1) auctore Browneo Wil-
 lis (2) hodie fieri in vico Tregynnann (Montgome-
 ryshire) festum S. Knonkel (3) confessoris. Hoc
 nomen neque Baring-Gould et Fisher (4), neque
 alius quispiam, quem noverimus, usquam invenit
 inter sanctos ; ceterum constat ex ipso vocabulo
 vicum Tregynnann (rectius Tregynnon) patronum
 habere S. Cynon. Quam ob rem accedimus eorum
 sententiae qui putant Knonkel eundem esse ac
 Cynon (5).

acta e
recentiori-
bus scriptis.

2. Neuter memorari videtur in calendariis, neuter
 in antiquis genealogiis. At si recentioribus
 scriptis fides habenda est, ortus est S. Cynon praec-
 laro genere Emyr Llydaw (6). Unus fuit e

multis illis sanctis qui post medium saeculum
 quintum ex Armorica in Cambriam transmiserunt,
 duce et magistro S. Cadfan, « ut fidem baptismum-
 que instaurarent » (7). Longum est exscribere col-
 lectanea viri clari Iolo Morganwg de S. Cynon,
 quae res easdem referunt vix immutatis verbis (8).
 Ut omnia paucis complectamur, socius fuisse
 fertur sancti Cadfan, consanguinei sui, primum in
 Bangor Illyd, dein in Bangor Calwg ; tandem,
 cum sanctus Cadfan fundasset Bangor Enlli (latine
 collegium, seu monasterium, insulae Enlli, quam
 Angli Bardsey vocant, in sinu Cardiganensi),
 ibi cancellarius eius fuisse fertur, quicquid hoc
 munus fuit (9).

(1) A Supplement... to the British Martyro-
 logy (London, s. a.), p. 30. — (2) A Survey of
 the Cathedral Church of Bangor (London, 1721),
 p. 360. — (3) Scribit Knonkel, CHALLONER ;
 Knonkell, Browne WILLIS, l. c., et John BA-
 CON, Liber Regis vel Thesaurus Rerum Eccle-
 siasticarum (Londinii, 1786), p. 1047 ; Knonkell,
 Lewis MORRIS, Celtic Remains, ed. D. S. EVANS
 (London, 1878), p. 412. — (4) The Lives of the
 British Saints, t. II (London, 1908), p. 273.
 — (5) Nomen alii aliter scripserunt : Cynon,
 Cynan, Kenon, Kynan, Kynon inter recentiores ;
 refert parum. In Libro Landavensi (ed. J. G.
 EVANS et J. RHYS), p. 150, invenitur quidam
 Cinan rex, et, p. 276, Cinon sacerdos ; hae anti-
 quissimae videntur esse vocabuli formae. —
 (6) E codice Thomae Hopcin, conscripto circi-
 ter annum 1670, ap. Edw. WILLIAMS (Iolo MOR-
 GANWG), Iolo Manuscripts, ed. Taliesin WILLIAMS
 Ab Iolo (Llandoverly, 1848), p. 111-12 ; e libro
 longo Thomae Truman, quem exscripserat Edw.

WILLIAMS anno 1783, ibid., p. 131-33. — (7) I ad-
 newyddu Cred a Bedydd, ex eodem codice, l. c.,
 p. 111. Eandem peregrinationem referunt alii
 plurimi, quorum ut recentiores omittamus, exem-
 pli loco sint cod. Peniarth 16 (saec. XIII in.)
 apud BARING-GOULD and FISHER, op. c., t. IV
 (London, 1913), p. 371, col. 1, et cod. Peniarth
 45 (saec. XIII extr.), l. c., col. 2. — (8) Iolo Ma-
 nuscripts, p. 103, n. 56 ; p. 112, n. 7 ; p. 133.
 Cf. O. JONES, Edw. WILLIAMS and W. O. PUGH,
 The Mygyrian Archaeology of Wales, ed. 2 (Den-
 bigh, 1870), p. 421, col. 1 ; p. 422, col. 1 ; et
 W. J. REES, Lives of the Cambro British Saints
 (Llandoverly, 1840), p. 266, n. 24. — (9) Cymrice
 cynghellawr. Cancellarii officium, quinto post
 Christum saec., quid fuerit, non satis perspicuum
 habemus. Forsitan recentiore vocabulo usus est
 scriptor ut antiquum munus significaret oeco-
 nomi, de quo vide C. PLUMMER, Vitae Sanctorum
 Hiberniae (Oxonii, 1910), t. I, p. cxvii-cxviii ;
 nisi forte cum audisset de cancellario sancti

3.